

IN NOMINE DOMINI AMEN AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

NOS IOANNES CASIMIRVS

Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoniae Samocitia Kiuouia Wollhynia Lituonia Smolen-
cia Czerniehouiaque Necnon Suecorum Gottorum Vandalorumque Haereditarius Rex

Notum testatumq; facimus uniuersis et singulis quorum interest nunc et postea futuris temporibus harum notitiam habituris. Quod quemadmodum Serenissima Regia Domus Nostra Di-
ui Praedecessores solitas semper, et quidem primarie, ante omnia etiam maxima Regni et Republicae negotia rerum et bonorum Ecclesiasticorum gerere consueverunt curas; ita et Nos ex inna-
ta et haereditaria uirtute, sanctis eorum incedentes uestigijs, quotidianis id ipsum comprobare admiramur exemplis, quanta in propagando cultu Diuino, fideiq; et religione Catholica protegendam
aeandam, elucimur pietate et zelo, quantumq; augendis tam bonor; quam iurium Priuilegior; immunitatum libertatumq; Ecclesiasticar; atq; Canoniar; fauimus et allaboramus incrementis. Ac ideo cum
nobis per certos Conuersarios Nros nomine Religiosorum Patrum, Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, totiusq; Conuentus illius Lublinensis in Sabarbio Roman; Ronek dicti, ad Caesarem tituli
sanctae Agnetis Virginis et Martiris situati, expositum sit, eos propter nimiam egestatem et tenuem fundationem, nec Conuentus sui Ecclesiae per Moschos et Cosacos grauissime depopulata; atq; igne com-
busta; ex adhaerenti necessitate impensas, nec pauperem pro sustentandis Religiosis alimoniam, atq; necessariam pro reficiendis monasticis defectibus provisionem habere posse; eaq; ratione in subsidium tantarum necessitatum, et
tam magna inopia eiusdem sui Conuentus Lublinensis, per Generosum Ioannem Maszkowski Vicesgerentem et Burgrabium Castellani Sandominien; Lublinen; Kiuouien; Capitanei, per priuilegium Nrum ad ultra tempora collatum, sibi habuit
lata ad Capitaneatum Lublinen; pertinente, iacentem, quem mediante consensu Magnifici Stanislai a Popow Wilowski Castellani Sandominien; Lublinen; Kiuouien; Capitanei, per priuilegium Nrum ad ultra tempora collatum, sibi habuit
memoratis Religiosis Prius Ordinis Eremitar; Scti Augustini, praedictor; suo Conuentui Lublinen; cessionem iuris factam esse: Dupplicatumq; Nobis in simul pro eodem Conuentu, ut ei desuper, ad firmitatem iuris modo praemisso acquisiti
consolidationem Regia Autoritate subueniret et memoratum agri Lancum, augenda fundationis gratia perpetuo in possessore dignaretur. Nos igitur qui zelanti semper corde, maiorem ac maiorem in dies cultus Diuini propaga-
tionem, et erga sacralissimam Deiparam Virgine[m] cultum, et magis feruentiorem promouere exoptamus deuotissim; et facile tam per nos, quam per ipsos, et ipsorum petitioni, pro eodem Conuentu Lublinen; Scti Augustini apud Nos facta
humillima Religiosi Patris Honorati Gorn; eiusdem Conuentus Lublinen; Prioris Sacrae Theologiae Doctoris, suo et Religiosor; Confratrum suor; nomine coram Nobis expositae supplicationi annuimus, atq; materia delibata
praesabita, tum etiam de consensu et consilio eorundem Consiliarior; Nroror; in primis supraominatam iuris cessionem super memoratum Lancum agri Stusozynski dictum, in praefata Villa Nra Capitaneatus Lublinen; Scti Augustini
nuncupata; cessionem, per dictum Ioannem Maszkowski eidem Conuentui factam, suprema Autoritate Nra Regia confirmandam seu consolidandam, defectu si iuris super eundem Lancum agri, per Conuentum supraominatum acqui-
siti, quicunq; et qualescunq; reperiri possunt, ex plenitudine potestatis Nrae supplemos, atq; eundem ipsam Lancum agri Stusozynski, cum omnibus suis allimentis, et prout in suis limitibus, nunc et ab antiquo continetur, funda-
tionis augenda gratia, eodem Conuentui Lublinen; Scti Augustini iure perpetuo incorporandam, inuisceram; dan; et conferen; esse duximus, prout quidem Cessionem iuris praedictam consolidamus, defectus iuris supplemos, Lancum
memoratum eidem Conuentui incorporamus inuisceram; damus et conferimus, atq; illum ex Nra Serenitatemq; Successor; Nroror; Regum Poloniae, tum etiam Capitaneor; Lublinen; seu Villa; Scti Augustini Tenentiaror; pro tempore
existen; dispositione et in electione eximimus; eumq; iuribus priuilegijs libertatibus immunitatibus et praerogatiuis Ecclesiasticis, et praedicti Conuentus adscribis et annexis per praesentes, Contributionibus ubiq;
dominus Republica ex eodem Lancum solui debitis, in totum saluis, saluaq; praesentis Priuilegii Nri per Ordines Regni et Comitibus Regni generalibus tali habitatione reseruata; Ita ut vigore praesentis Priuilegii Nri, Legis publicae
illud approbatoria, atq; alia iurium uirtute, memoratus Conuentus Lublinen; Scti Augustini, Sing; Religiosi pro tempore existen; supraominatum Lancum agri Stusozynski in praedicta Villa Scti Augustini iacentem, totum et integrum,
cum omnibus adificijs, structuris, curia, praedio, agris pratis campis, fundis pascuis hortis rubelis piscinis stagnis subditis, eor; laboribus censibus et proventus, tum etiam cum libera cereuisia braxatione, atq; crematua diene, ali-
quis alijs libertatibus, immunitatibus, usibus fructibus, emolumentis, allimentisq; et pertinentijs, nunc et ab antiquo ad eundem Lancum spectan; teneant habeant et possideant perpetuo et in aeuum. Promittimus autem pro Nobis et Sere-
nitatis Successoribus Nris Regibus Poloniae, non esse Nos memoratum Conuentum Lublinen; Scti Augustini, Sing; Religiosos pro tempore existen; usibus et possessione dicti Lanci Stusozynski cum suis allimentis et immunitatibus
praesentisq; et futuror; Nroror; iurium perpetuo amoturos, neq; amouendi potestatem auiam daturos, sed illos circa praemissa inuisibiliter conseruandos, quod et Serenissimi Successores Nri Reges Poloniae auctoritate prestare
tenebantur, et quidem et euidens testimonium praesentis manu Nra subscriptas sigillo Maiestatis Nrae Regiae communi iussimus. Datum Varsoviae Die XXII Mensis Ianuarij Anno Domini MDCLXXV Regno
Nroro Poloniae XVI Sueciae uero XVII Anno. Praesentibus Reuerendissimo Reuerendis Mustribus Magnificis Venerabilibus et Generosis. Venceslao Comite de Leszno Archiepiscopo Gnesnen; Legato Nro Regni Poloniae
Primate, Andrea Przelicki Cracouien; Duce Seuena, Casimiro Noniano Duce Cracouien; Vladislauen; et Pomeraniae, Stephano Wjelzga Warmien; et Sambrien; Stepshano Wierzbowski Poxn; Gorn; Ioanne
Gembicki Poxn; Georgio Bialozor Wilnen; Nicolao in Praxmow Praxmowski Suceonien; et Bresten; Supremo Regni Cancellario Abbate Scti Augustini in Bresten; Administratore, Andrea Alxonski Cracouien; et Pomesanien;
Stanislao Sarnowski Przemyslien; Thomá Lexynski Chelmen; Sigismundo Czyszowski Camerac; Thomá Wierzki Kiuouien; Casimiro Sapieha Samogoniae Episcopo, Stanislao Potocki Cracouien; Coerentium Re-
gum Subrege Duce, Paulo Ioanne Sapieha Wilnen; Exercituum Mag; Duc; Litu; Supremo Duce, Hieronymo Wierzbowski Siuadien; Arcis Cracouien; Magni Procuratore, Ioanne Parto Lublinen; Demetrio
Korybut Duce in Xbarax et Wisniowice Wisniowicean; Belzen; Stanislao Alexandro Belzecki Podoliae, Opalinski Ioanne Carolo Poppe Polocen; Palatino, Stanislao a Popow Wilowski
Sandmiren; Alexandro Siel; Gornien; Ioanne a Przechowa Skata Wielopolski Woiuicem; Castellano, Aristophoro Pac Supremo Mag; Duc; Cancellario, Ioanne Clemente in Rusoxa Branicki Curiae Re-
gum Referendarijs, Theodoro Donhoff Regni Pac Mag; Duc; Litu; Ducamerarijs, Andrea Maszkowski Spuali Andrea Morstyn seculari Cypriano Brzostowski Mag;
Referendarijs, Theodoro Donhoff Regni Pac Mag; Duc; Litu; Ducamerarijs, Francisco Praxmowski Cancellario, Magni Regni Decente, et alius quamplurimis Regni et Mag; Duc; Litu;
Referendarijs et officialibus Spiritualibus et secularibus, tum et Curia Nra Officialibus, Sacerdotibus et Officialibus Nris protunc Varsoviae congregatis, per manus supraedicti Reuerendissimi Cancellarij Regni datione.


Salary

Generosa Alexander...
re...
Lublin...

1665

1665. 28. Febr. ad Serenissimos Jan
ne Poloniam Reges Polonie Imperatores
que in Hungaria, Bohemia, et ante
de nobis. Ceterum. Insuper. Imperatorum
Hoc. Anno. in Republica in
Ceterum.

[Handwritten signature]



[Handwritten mark]

Prinzipal (Original) Kopie. Invenimus. Datum. die.
Septembris. quatuordecim. 1665. Anno.
auctoris. ab. ob. die. 15. 1820. 0000. -
Johann. 1665.

1665. 28. Febr. 508

In nomine Domini Amen
Majestati. Imperatorum. Romanorum.
Sicut. scilicet.

In nomine Domini Amen
Datum. die. 28. Febr. 1665.

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]